

Kreis
Steinfurt
S 29

1287 November 4 Burgsteinfurt.

[129]

Der Edle Baldwin von Steinfurt überweist dem Rector der Heselkirche bis zu gleichwertigem Erjaße des von ihm verkaufenen Erbes Stade (Stattmann im Käppl. Telgte?) eine Körrente aus dem Erbe Grotehus in Lintlo (wohl Huesmann, Bichst. Ahlntel, Käppl. Emsdetten).

Nos Baldwinus dominus de Stenvordia omnibus presentia visuris notum facimus firmiter protestando, quod nos cum consensu Ludolfi filii nostri, Elizabet uxoris nostre, ac omnium heredum nostrorum pro illa domo dicta Stade que capelle de Hezeleskerke attinebat, quam domino Godefrido de Vechtdorp militi vendidimus necessitate compellente cum concensu (!) Henrici de Waldegehe rectoris memorare capelle, predicto Henrico vel successori suo in domo dicta Grotehus in Lintlo quinque molt siliginis per mensuram, que spikermate dicitur, assingnamus (!), que sibi a cultore dictae domus quolibet anno circa festum Martini debent expedite ministrari. Si vero cultor predice domus in Lintlo quoconque casu contingente ad tantam inopiam deveniret, quod talem pensionem dicto H. vel successori solvere non posset, nos de granario nostro vel ubicunque habuerimus predictis H. vel ei qui post ipsum fuerit rector capelle memorare predicta V molcia siliginis tempore supradicto per nos vel successorebus faciemus expedite ministrari, quousque domum tanti valoris, sicut illa fuit quam vendidimus dicto Godefrido militi, bonis hominibus possessam reddiderimus capelle memorare. Ne igitur nobis vel successoribus nostris in hac parte malignandi tribuatur facultas, presentem paginam sigillo nostro sepelieto H. vel successoribus suis dedimus roboratam. Huius facti testes fuerunt Johannes de Menghede, Everhardus de Tvisle, Johannes de Brederek, Ludolfus de Vullen. Datum et actum Stenvordie anno Domini M^oCC^oLXXX^oVII^o, feria tertia post omnium Sanctorum.

Orig. Siegelbruchstück. I. Rep. A. 16. e. — Regest Niesert V. S. 80.

20